

La Penisola Salentina

nei suoi documenti storici angioini

(Dai Registri Angioini esistenti all'Arc. di Stato di Napoli)

Nel pubblicare i più importanti documenti Angioini delle principali città della Penisola Salentina, terremo quelle stesse norme che abbiamo seguite nel raccogliere i documenti per il Principato Citra, in parte pubblicati nell'Archivio Storico per la Provincia di Salerno; quelli del convento di S. Sofia di Benevento e di Capri che mettiamo alla luce nell'Archivio Storico Caprese, e degli Ordini Religiosi dei RR. PP. Domenicani e Francescani che verranno pubblicati in Monumenta Historica delle rispettive Case.

Per i nomi dei paesi e delle città della Penisola Salentina, come pure per quelli delle persone e dei loro cognomi ci atteniamo scrupolosamente alla scrittura paleografica degli amanuensi per non dare occasione ad erronee interpretazioni filologiche. I documenti però sono trascritti con scrittura moderna, onde renderli più agevoli alla lettura ed alla comprensione. Essi vengono pubblicati interi: così conosciamo le persone pubbliche o private alle quali sono diretti; come pure non sopprimiamo parole o formule abbreviate che, se non sono necessarie all'intelligenza dei documenti stessi, saranno almeno utili a chi voglia averli completi sott'occhio.

Molte volte i lettori vogliono anche sapere a chi i documenti furono diretti e con quale ordine, essendo diversi gli ufficiali nell'amministrazione dello Stato.

Non sopprimiamo niente dai documenti anche perchè se essi non sono — come quelli dei tempi anteriori — atti di compra-venta, cessioni enfiteutiche, fitti di case o di terreni, possono essere privilegi, concessioni, esenzioni, licenze, esecuzioni testamentarie,

sentenze di magistrati di Curia; per cui chi li esamina, può trovarvi sempre qualche cosa che potrà destargli particolare interesse e gli darà motivo di nuovi studi e di più larghe indagini.

Essendo alcuni documenti privi del nome della provincia e dell'ufficiale ai quali vanno diretti, noi l'aggiungiamo in parentesi.

In quanto all'ortografia alla parola *k* sostituiamo la *c*: alla *j*, la *i*, quando, però, la parola va ordinariamente scritta con la *i*.

In altri termini, senza punto tradire l'originale, cerchiamo di rendere agevole a tutti la lettura dei documenti.

Giobbe Ruocco

Apodixa Magistrorum siclarii sicle Brundusii

XXII (die) martii, Baroli, scriptum est, tenore presentium, etc. quod Sergius Bovis de Ravello, Pasca Carolus de Trano et Jacobus Pirontus de Ravello, magistri siclarii sicle Brundusii, fideles nostri, presentes in Curia nostra, die vicesimo secundo presentis mensis martii, hujus quinte indictionis, apud Barolum, assignaverunt, in Camera nostra, venerabili viro, magistro Petro Farinelli, etc. de pecunia officii dicte sicle Brundusii, per manus eorum, existente, sicut dixerunt predicti magistri siclarii, uncias auri trecentas. In cujus rei etc..... uncias III (trecentas).

Reg. n. I (Carolus I 1268 A) f. 39.

Apodixa Vice Justitiarum terre Ydronti

XVI (die) ejusdem (junii), ibidem (apud Sanctum Gervasium) scriptum est, tenore presentium, etc. quod notarius Leo et socii de Neritonia: Anistola et socii de Tarento... nuntii Alsaldi de Languno, militis, vice justitiarum Terre Ydronti, fideles nostri, die sexto decimo mensis junii, hujus quinte indictionis, apud Sanctum Gervasium, assignaverunt, in Camera nostra, nomine et pro parte predicti vice iustitiarum, venerabili viro, magistero Petro Farinelli, etc. infrascriptas pecunie quantitates, prout idem vice justitarius, per litteras suas, scripsit: videlicet de pecunia presentis generalis subventionis, terris jurisdictionis predicti vice iustitiarum impositae, et sibi ad recolligenda commissa: Uncias auri quingentas octoginta et tarenos viginti sex

et alias uncias auri quadraginta octo, quas idem vice justitiarius exegit a Pantaleone de Matera: in quibus dictus Pantaleo, pro Curia Regia, extitit condempnatus. Que tota pecunia est in summa, ad generale pondus, uncie auri sexcente viginti octo et tarenis viginti sex. In cujus rei, etc... Datum, etc..... VI XXVIII uncie - XXVI tarenis.
Reg. n. I (Carolus I 1268 C) f. 43.

Apodixa magistrorum syclariorum Brundusii

XV (die) ibidem (Apud Sanctum Gervasium) scriptum est, tenore presentium, etc. quod notarius Mango de Trano, nuncius Sergii Bovis de Ravello et sociorum, magistrorum siclariorum sycle Brundusii, fidelium nostrorum, die quinto decimo mensis junii, hujus quinte indictionis, apud Sanctum Gervasium, assignavit, in Camera nostra, nomine et pro parte predictorum magistrorum syclariorum, venerabili viro, magistro Petro Farinelli, Sedis Apostolice cappellano, etc. de pecunia proventuum predictae Sycle Brundusii, ad generale pondus, uncias auri centum nonaginta tres et tarenos decem. In cujus res memoriam. Datum etc... Uncias CXXIII XIII - tar. V.
Reg. (Carolus I n. 1 1268 A) f. 43.

L'eroica resistenza di Gallipoli ⁽¹⁾

Item, per apodixam unam publicam, certo die factam, solvisse duobus ex quatuor militibus: videlicet, Bertrandus Arcuni et Gulielmo de Ragona triginta sex ex balisteriis infradictis: quorum nomina

(1) Nessuna città del Regno di Napoli ha tanta copia di documenti storici che possano farci conoscere la resistenza che opposero a Carlo I d'Angiò — quanti Gallipoli. Finora si riteneva che Salerno fosse stata la città che maggiormente si fosse opposta alle operazioni guerresche del sovrano Angioino. Ma codesta non ha che pochi documenti, dai quali si possa ritrarre superiore resistenza. Se Gallipoli non ha numero eguale di fuoriusciti dal regno; offre, però, maggiore numero di documenti che stabiliscono una superiorità senza pari per la resistenza. È vero che molti documenti sono andati perduti, per cui non possiamo dare un giudizio assoluto.

eadem apodixa distinguit, ad diversas rationes, in eadem apodixa distinctas, auctoritate mandati nostri, coputandis eorum ad idem pondus, auri uncias viginti.

Reg. n. 2 (Carolus I 1268 O) f. 4.

Item, per apodixam unam puplicam, certo die factam, solvisse duobus et quatuor militibus: videlicet, Bernardo de Guazavilla et Guidono de Pratis et servientibus equitibus, septuaginta duobus de predictis: quorum nomina eadem apodixa distinguit, ad rationem diversas, in eadem apodixa distinctas, auctoritate mandati nostri, computandis in gagiis eorum, ad idem pondus, anri uncias septuaginta sex.

Reg. n. 2 (Carolus I 1268 O) f. 4.

Item, per apodixam unam puplicam, certo die factam, solvisse duobus de predictis militibus: videlicet eisdem Bernardo de Guazavilla et Guidono de Pratis et septuaginta servientibus de predictis: quorum nomina eadem apodixa distinguit ad diversas rationes, in eadem apodixa distinctas, auctoritate mandati nostri in eorum gagiis, computandis ad idem pondus, auri uncias quingentis et octoginta novem.

Reg. n. 2 (Carolus I 1268 O) f. 4.

Però si può ben ritenere che Gallipoli, a preferenza di molte altre città del regno, diede esempio raro di una vera resistenza eroica. Se dagli stessi registri Angioini si rileva che la dominazione Angioina veniva chiamata "*tempora felicia*", pure le città del regno non li ritenevano tali.

Non ostante che si sia affermato finora che la città di Gallipoli non si sia ribellata a Carlo I d'Angiò, pure da alcuni registri Angioini, appare diversamente. Citiamo solo il 6° (Carolus I 1269. C) fol. 208, 208. 206 t, ove si legge: *ipsi tempore, quo terra Gallipoli rebellione manebat, eo quod dicebatur quoniam consaguineum habere in terre Gallipoli capti fuerint, et bona eorum mobilia similiter fuerint, ad opus Curie, confiscata.* menti avrebbero ceduto ad aprirgli le porte. Facciamo voti ardenti che qualche studioso imprenda simile argomento.

Item, per apodixam unam puplicam, solvisse Berterando Arcuri, nostri militi, pro duobus equitibus suis, nostris servitiis assoldatis, auctoritate mandati nostri, ad idem pondus, auri uncias triginta octo et tarenos duodecim.

Reg. n. 2 (Carolus I 1268 O) f. 4.

Item, per apodixam unam puplicam, certo die factam, solvisse personis sexaginta uni, deputatis ad armationem statutam unius sagittie specialiter per eundem Gualtierum, auctoritate ipsius officii, pro capiendo Gilegisio de Maytino, proditore nostro, qui, recepta a Cura nostra pecunia ad hoc, ut in Moream, in servitiis principis Achaye, dilecti, affinis nostri, se conferret cum quadam militum comitiva, et concremeretur ab hominibus, qui, in ipsius principis servitiis jam fuissent, compertum erat ipsum in terra Ydronti partibus latitare ac exinde latente intendebat aufugere: quarum personarum eadem apodixa distinguit, ad idem pondus, auri uncias decem octo.

Reg. n. 2 (Carolus I 1268 O) f. 4.

Item, per apodixam unam puplicam, certo die factam, mutuasse et solvisse Petro Ribaldi, Castellano castris nostri Brundusii, de uncis auri decem, quas, auctoritate mandati nostri, eidem Petro debuit mutuasse, ad dictum generale pondus, auri uncias V (quinque).

Reg. n. 2 (Carolus I 1268 O) f. 4.

Item, per apodixam unam puplicam, certo die factam mutuasse et solvisse servientibus triginta dicti Castris Brundusini: quorum eadem apodixa distinguit, auctoritate mandati nostri, in ipsorum gagiis cumputandis, ad idem pondus generale, uncias auri X (decem),

Reg. n. 2 (Carolus I 1268 O) f. 4.

Item, per apodixas puplicas quinque, diversis diebus factas, solvisse auctoritate officii sui, diversis personis deputatis ad armationem unius galee Brundusii, deputate tunc ad obsidionem Gallipoli, tunc rebellis: quarum personarum nomina eadem apodixa distinguit pro solidis et companagio eorum, nec non pro onorantia poppe et prore crucelleriorum et palamariorum et medio dicte galee, pro

mense novembris, et deinde per totum mensem marcii, dicte XII indictionis: quo tempore persone ipse moram traxerunt, cum eadem galea, in obsidione predicta, quam protontinus Brundusii, cui satisfactum fuit pro mensibus februarii et marcii, quibus tantum moratus fuit, cum eadem galea, in servitiis ipsis ad diversas rationes, a dicta apodixa distinctas, ad idem pondus, auri uncias centum et quadraginta tres, tarenos sex decem, grana decem.

Reg. n. 2 (Carolus I, 1268, O) f. 4.

Item, per apodixam puplicas quatuor, diversis diebus factas, solvisse; auctoritate mandati nostri, diversis personis, deputatis ad armationem unius galee [Tarenti], deputate tunc ad obsidionem predictam [Gallipoli]: quarum personarum nomina liudem apodixe distinguunt pro solvendis solidis et companagio, nec non pro onorantia poppe et prore crucelleriorum et palamariorum et medio dicte galee, pro mense decembris, et deinde usque per totum mensem martii, dicte XII indictionis; persone ipse moram traxerunt cum eadem galea, in obsidione predicta, quam protontinus Tarenti, cui satisfactum fuit pro predictis mensibus februarii et marcii, quibus tantum moratus fuit, cum eadem galea, in servitiis nostris, ad diversas rationes, in eisdem apodixis distinctas, ad idem pondus, auri uncias centum, et tarenos decem septem.

Reg. n. 2 (Carolus I, 1268, O) fol. 4.

Item, per apodixas duas puplicas, diversis diebus factas, solvisse, auctoritate mandati nostri, Bridocio, militi et comestabuli et quadraginta duabus stipendiariis de comestabulia sua: quarum nomina ipse apodixe distinguunt: dicto videlicet, comestabulo et triginta sex de stipendiariis supradictis pro toto mense novembris, et abinde usque per totum [diem] XV aprilis, XII indictionis, et reliquis sex stipendiariis, pro predicto mense novembris tantum: quibus ipsi stipendiarii moram traxerunt in obsidione Gallipolis, tunc rebellis, deputatis: scilicet, ad id per Petrum dominum Bellimontis comitem Montis Caveosi, regni Siciliae Cameraarium... a po[rtu]... Roseti usque ad fines regni, tunc capitaneum et vicarium generalem, dilectum consiliarum, familiarem nostrum, ad

diversas rationes in apodixis ipsis distinctas computandis: scilicet, decem gagiis, ad idem pondus, auri uncias centum et sexdecem.

Reg. n. 2 (Carolus I, 1268, O) f. 4.

Item, apodixam unam puplicam, certo die factam, solvisse, auctoritate mandati nostri, militibus quatuor: videlicet, Bernardo de Guarzavilla, Berterando Arcuri, Guilielmo Ragona et Guidono de Pratis, servientibus septuaginta duobus et quadraginta balistariis equitibus, nec non servientibus peditibus centum, missis pro terra nostra, ad eundem Gualterium moraturis secum in obsidione predicta, ad diversas rationes, in apodixis ipsis distinctas, computandis in gagiis eorum, ad idem pondus, auri uncias ducentas et sexaginta quinque.

Reg. n. 2. (Carolus I, 1268, O) f. 4.

Item, per apodixas quatuor, diversis diebus scriptis, solvisse personis quinquaginta quinque, deputatis ad armationem unius sagittie Ydronti, statutis in obsidione predicta, de mandato nostro: quarum personarum nomina eadem apodixe distinguunt pro solidis et companagio eorum, honorantia poppe et prore crocelleriorum et palamariorum ac medio ipsius sagittie mensium decembris, januarii, februarii et marcii, ejusdem indictionis, ad diversas rationes, in apodixis ipsis distinctas, ad idem pondus, auri uncias sexaginta octo et tarenos viginti sex.

Reg. n. 2 (Carolus I, 1268, O) f. 4^b.

Item, apodixa una puplica, certo die facta, solvisse diversis mercatoribus: quorum nomina eadem apodixa distinguit, pro pretio diversarum rerum in apodixa ipsa notatarum, ex quibus barbotata fuit (1) barca una et missa ostiliter, auctoritate mandati nostri ad concremanda vassella, que proditores nostri esse in Gallipoli existentes, ibidem subducta habebant compurata laboratura ipsius operis, ad diversas rationes, in apodixa ipsa distinctas, ad idem pondus, auri uncias tres, tarenos viginti sex et grana quinque.

Reg. n. 2 (Carolus I, 1268, O) f. 4^b.

Item, per apodixas duas puplicas, diversis diebus factas, solvisse auctoritate officii sui, diversis personis, deputatis ad armationem

(1) Vedi: Gen. CARLO MONTU' *Storia dell'Artiglieria Italiana*, Parte I, vol. I, capitolo secondo, pp. 83-183. All'assedio di Gallipoli presero parte navi genovesi.

barcarum duarum de Brundusio, deputatarum tunc ad obsidionem predictam, auctoritate predicta: quarum personarum nomina ejusdem apodixe distinguunt, pro solidis et companagio eorum, mense novembris predicti, ad diversas rationes, in apodixis ipsis distinctas, ad idem pondus, auri uncias novem et tarenos decem et quatuor.

Reg. 1. (Carolus I, 1268, O) f. 4b.

Item, pro apodixa una puplica, certo die facta, solvisse personis quinquaginta quinque, deputatis ad armationem unius sagittie Brundusii, in obsidione predicta, cum diversis aliis vassellis, de mandato nostro statuto; quarum personarum nomina eadem apodixa distinguit, pro solidis et companagio eorum, nec non pro honorantia poppe et prore cancelleriorum et palamariorum ac medio ipsius sagittie, pro toto mense decembris, ejusdem XII indictionis, ad diversas rationes, in apodixis distinctas, ad idem pondus, auri uncias decem et septem, tarenos sex, grana decem.

Reg. n. 2 (Carolus I, 1268, O) f. 4b.

Item, per apodixas tres puplicas, diversis diebus factas, solvisse personis viginti uni, deputatis ad armationem unius vaschette, subtracte hostiliter de Gallipoli, tunc rebellis, postmodum per eundem Gualterium, in obsidione predicta, cum vassellis aliis, auctoritate sui officii, deputate: quarum personarum nomina eadem apodixa distinguit, pro solidis et companatico eorum et aliis necessariis ipsius vaschette, mensium januarii, februarii et martii, ejusdem indictionis: quibus ibidem moram traxerunt, ad diversas rationes, in apodixis ipsis distinctas, ad idem pondus, auri uncias decem et septem, et tarenos duodecim.

Reg. n. 2 (Carolus I, 1268, O) f. 4b.

Item, per apodixas duas puplicas, certo die factas, solvisse personis viginti octo, deputatis ad armationem duarum barcarum de Ydronto, deputatarum in eadem obsidione, per eundem Gualterium cum vassellis ipsis, auctoritate sui officii: quarum personarum nomina ejusdem apodixe distinguunt, pro solidis et companatico

eorum, mense decembris, ejusdem indictionis, ad diversas rationes distintas, ad idem pondus, auri uncias novem, tarenos tredecim.

Reg. n. 2 (Carolus I, 1268, O) f. 4^b.

Item, per apodixam unam publicam, certo die factam, solvisse, auctoritate mandati nostri, ad diversis civibus Matere; quorum nomina ipsa apodixa distinguit, pro pretio tuminorum frumenti ducentorum octaginta unius quarte emptorum et assignatorum dicto Pascali, prothontino Brundusii, per predictam apodixam publicam XV die madii, apud Brundusium, factam per eundem Gualterium, pro panatica personarum deputatarum ad armationem duarum galearum et lignorum predictorum; que debuerunt, apud Manfredoniam, ut dictum est, pro nostris servitiis navigare pro diebus quindecim: ex predictis scilicet, mensibus duobus, pro quibus solidis et companagio. dicto prothontino pro personis ipsis soluta fuerunt, ad certam rationem. in eadem apodixa distinctam, ad predictum pondus, auri uncias viginti octo, tarenos tres et grana quindecim.

Reg. n. 2 (Carolus I, 1268, O) f. 5.

Item, per apodixam unam publicam, certo die factam, solvisse, auctoritate mandati nostri, diversis abitoribus Matere: quorum nomina apodixa ipsa distinguit, pro delatura predictorum tuminorum frumenti ducentorum octoginta unius et quarte, ab eadem terra Matere usque Brundusium. ubi frumentum ipsum assignatum fuit dicto prothontino, pro panatica personarum ad armationem dictorum quatuor vassellorum, deputatorum, ad certam rationem in apodixa predicta notatam, ad predictum pondus, auri uncias novem, tarenos undecim et grana quinque.

Reg. n. 2 (Carolus I, 1268, O) f. 5.

Item, per apodixam unam publicam, certo die factam, solvisse, de mandato nostro, Gofrido de Riparia, armigero nostro et castellano castri nostri Brundusii, pro se et viginti quinque servientibus castri ejusdem: quorum nomina ipsa apodixa distinguit,

ad diversas rationes, in eorum gagiis computandis, ad bictum pondus, auri uncias quinquaginta sex.

Reg. n. 2 (Carolus I, 1268, O) f. 5.

Item, per apodixam unam puplicam, certo die factam, solvisse magistro Petro de Chaul, Canonico Parisiensi, nostro clerico et familiari, et judici Spalluche de Trano, statutis tunc per curiam nostram, inquirendis bonis proditorum nostrorum in terra Ydrunti: dicto videlicet, magistro Petro, auctoritate mandati nostri, computandis in gagiis suis, ad idem pondus auri, uncias duodecim. Et tam magistro Petro quam judici Nicholao predictis, pro expensis eorum quatuor scutiferorum et sex equorum moram mensis februari, ejusdem indictionis in antea: quibus suorum traxerunt, eidem servitio, ad certam rationem, in apodixa ipsa distinctam, ad idem pondus, auri uncias tredecim, tarenos decem novem, grana decem.

Reg. Ang. n. 2 (Carolus I, 1268, O) f. 5.

Item, per apodixam unam certo die factam, solvisse, de mandato nostro, Henrico de Nicza, castellano castri nostri Tarenti, pro se et trigintis duobus servientibus castri ejusdem, ad diversas rationes, in apodixa ipsa distinctas, compulandis in gagiis eorum, ad idem pondus, auri uncias triginta sex.

Reg. n. 2 (Carolus I, 1268, O) f. 5.

Item, per apodixam unam puplicam, certo die factam, solvisse, auctoritate officii sui, Angatramio de Summarosa, Curie nostre militi, qui moratus fuit, tam in dicta obsidione Gallipoli, quam aliis servitiis nostris, a primo [die] novembris usque per totum octavum diem mensis madii, dicte XII indictionis, computandis in gagiis Angatramii ejusdem, ad idem pondus, auri uncias triginta unam.

Reg. n. 2 (Carolus I, 1268, O) f. 5.

Item, per apodixam unam puplicam, XV [die] madi, ejusdem indictionis, apud Brundusium, factam, solvisse, auctoritate mandati nostri, Pascali de Guarino, protontino Brundusii, pro solidis et

companagio personarum, deputatarum ad armationem duorum lignorum, que fuerunt in obsidione Gallipolis et navigare debuerunt apud Manfredoniam, pro Curie nostre servitiis: quarum personarum nomina dicta continet apodixa, nec non pro honorantia poppe et prove cruceileriorum et palamiorum ac pro medio galeorum et lignorum ipsorum, ad diversas rationes, in eadem apodixa distinctas, ad idem pondus, uncias ducentas quadracinta sex, tarenos decem septem, grana decem.

Reg. n. 2 (Carolus I, 1268, O) f. 5.

Item, per apodixam unam publicam, factam XII [die] julii, ejusdem XII indictionis, apud Ydrontum, solvisse, auctoritate mandati nostri, Jacobo Rufulo, vice secreto in terra Ydronti, nuncio Mathei Rufuli tunc secreti, et magistri portulani Apulie, ad requisitionem ejusdem secreti, tam pro emendis assarciis quam pro aliis diversis rebus, pro munitione et armatione diversorum vassellorum; que vassella et res in eadem apodixa distinguuntur, quam etiam pro faciendo biscotto de salmis frumenti ducenti recipiendis, uncias trecentum decem quator, tarenos viginti octo.

Reg. n. 2 (Carolus I, 1268, O) f. 5b.

Item, per apodixam unam, certo die factam, solvisse, auctoritate mandati nostri, Pascali protontino Brundusii, pro expensis suis, duorum scuteriorum et trium equituum suorum, pro mense uno, ad certam rationem in eadem apodixa distinctam, ad idem pondus, auri uncias unam, tarenos decem septem, grana novem.

Reg. n. 2 (Carolus I, 1268 O) f. 5b.

Item, per apodixam unam publicam, XIII [die] julii, ejusdem indictionis, apud Ydrontum factam, solvisse, auctoritate mandati nostri, eidem Pasqali protontino et magistro Dyonisio, tunc statuto per ammiratum, loco sui, in tarsianatu Brundusii, de unciis auri trecentis viginti, tarenis et granis decem septem: quas in reparandis diversis vassellis, in eadem apodixa distinctis, nec non de unciis auri decem et novem et tarenis decem et septem, quas,

pro laborandis de novo remis, arboribus, petiis antennarum et spatibus: quorum numerum eadem apodixa distinguit; necessariis scilicet, ipsis lignaminibus ad munitionem dictorum vassellorum, ad idem pondus, auri uncias centum.

Reg. n. 2 (Carolus I, 1268, O) f. 5^b.

Item, per apodixam unam publicam VI [die] augusti, ejusdem XII indictionis apud Hostunium factam, solvisse, auctoritate mandati nostri, iudici Stephano de Oria, nuncio Mathei de Abalardo, magistri massarii Curie nostre, in terra Ydronti, pro faciendis deferiis, apud Brundusium salmas frumenti ducentas, assignandas ibidem secreto Apulie, panatica vassellorum Curie nostre, ad idem pondus, auri uncias sex et tarenos viginti.

Reg. n. 2 (Carolus I, 1268, O) f. 5^b.

Item, per apodixam unam publicam, certo die factam solvesse auctoritate mandati nostri, Stephano Judici, Tiriano de Neretone, pro pretio tumidorum frumenti septuaginta septem et medio emptorum ab eo, et restituendorum diversis personis: quarum nomina eadem apodixa distinguit: que frumenti quantitas mutuo recepta exhibita fuit per eundem Gualterium, pro panatica, vassellorum, ad obsidionem Gallipolis, tunc rebellis, deputatorum, sicut infra in exitu victualium continetur, ad idem pondus, uncias quatuor tarenos viginti quinque, grana sex.

Reg. n. 2 (Carolus I 1298, O) f. 5^b.